



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio secunda. Vtrum in actu matrimoniali fuisse amissio virginitatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. II. Distinctio. XX.

& non penalis, eo quod non esset respectu eius quod scire tenerentur: tunc ultimò dicit per quod meritum obediens translati fuissent ad illum statum, ut aeterno bono fruerentur. Et in hoc terminatur, &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum in statu innocentia fuisset generatio.

*Tho. 1. q. 98. ar. 1.*

Circa distinctionem vigesimam queritur primò, vtrum in statu innocentia fuisset generatio. Et videtur quod non, quia delectatio actus carnalis generationis absorbet iudicium rationis, & istud non potuit esse in statu innocentia, quia importat peruersitatem ordinis virium animalium, ergo &c.

Item semen est superfluum alimenti, sed in statu illo non fuit aliqua superfluitas, que sonat in malum, ergo non fuisset semen, nec per consequens generatio, que fit per commixtionem seminum.

IN contrarium est quod dicitur Gene. 1. Crescite & multiplicamini: sed multiplicatio per eos esse non pertinet abs generatione, ergo &c.

Itē mulier facta est in adiutoriū viri, ut dicitur Gen. 2, sed non aliud opus, nisi ad generationem, que est per coitum: ad quodlibet enim aliud opus conuenientius iuuari potest vir per virum, quam per mulierem, ergo &c.

R E S P O N S I O. Dicenda sunt duo: primum est, quod in statu innocentia fuisset generatio sicut nunc per commixtionem sexum & seminum. Secundum est quod quotiens conuenienter, totiens genuissent.

P R I M U M patet, quia in quibuscumque inuenientur generatio similis ex simili secundum speciem hoc cōpetit perfectis in illa specie, vt appareat ex. 4. Metheo, & ex. 2. de anima. Sed in humana specie videamus generationem similis ex simili, ergo hoc maximè cōpetebat statui innocentiae, in qua natura fuit, & fuisset si durasset in maxima perfectione. Item agens & passum oportet esset approximata ad hoc ut agat: Sed in habitibus distinctionem sexum masculi habet rationem agētis in generatione: feminā vero rationē patientis secundū aliquid ad utrumque decimū, quod generali nomine vocamus semen, ergo ad generandum oportebat esse approximationem secundū coniunctionem sexum, & commixtionem seminum. Alioquin in operibus diuinis fuisset aliquid frustra, qui masculum & feminam fecit eos, ut dicitur Gen. 1. & 2. distinctionē enim sexum ad illud solum ordinatur.

S E C U N D U M patet, vbi agens non caret debita intentione, neq; actus debet carere debito fine. Sed in statu innocentia non conuenienter nisi intentione generandi & hæc sola intentio pro statu illo fuisset debita, ergo non quam actus copularis eorum fuisset frustratus suo fine scilicet prole. Minor probatur, quia intentio debita ablique omni culpa ex parte utriuscum coniugis non potest esse in actu matrimonii nisi pro generatione proliis, vel pro res medio concupiscentia contra alterius lapsum qui posset exurgente cōcupiscentia contingere, de quo si timeretur deberet alter alteri reddere debitum etiam non potest, neq; esset ex aliqua parte culpa. His autem duobus exclusis semper in potestate debitum est aliqua culpa faltē venialis. In statu autem innocentia non erat virgines cōcupiscentia propter quam deberet vnu timere de lapsu alterius. Omnes enim motus appetitus sensuī plene obedissent rationi, ergo non poterat tunc esse debita intentio conueniendi ad actum matrimonii nisi intentio generanda proliis. Et ideo dicit Aug. quod illud quod est infirmis in remedium fuisset sanis in officium. Videamus etiam in bratis quod non coenit nisi certis temporibus, & tunc ad generationem & multo amplius fuisset in hominibus natura optimè ordinata.

A D primum argu, dicendum quod in statu innocentia fuisset maior delectatio in actu carnali quam modo compارando delectationē delectationē secundū se, sed secundū proportionē ad rationē fuisset minor, quia ratio fortior in suo actu persistens delectationi penitus dominaretur. Superabundantia autem & defectus in actibus moralibus sumuntur secundū proportionem ad rationē, & non secundū quantitatē absolutā, sicut fit in naturalibus secundū proportionem ad vim naturalem. Vnde cibis qui esset moderatus vnu esset superfluus aliis, ut patet ex. 2. Ethic.

Quæstio I. & II.

164

Ad secundum dicendum quod semen, ut dicitur, in animalibus, est superfluum sed quo indigetur. Superfluis quidem quo ad actum nutritiæ. Sed natura indiget eo ad actum generatiæ. Et ad utrumque poterat sumi sine vicio quantum necessarium erat. De aliis autem superfluitatibus norandum quod quidam attestantur defectum naturæ ut putredines & fūdore, & huiusmodi que non fuissent in statu innocentiae. Quædam vero ostendunt perfectionem naturæ ut semen, & egestiones que secundum cursum naturalem tantò melius fuissent quātū perfector & robustior est natura, & tales fuissent in primo statu absq; vita inordinatione & fūditate.

QVÆSTIO SECUND A.

Vtrum in statu innocentia in actu matrimonii

fuisset amissio virginitatis.

*Tho. 1. q. 98. ar. 2. ad quartum. Et. 2. 1. q. 152. ar. 1.*

Ecundō queritur verum in actu matrimoniali fuisset amissio virginitatis. Et videtur quod non, quia vbi manet integritas carnis manet & virginitas, sed post actum carnalem manifester in muliere integritas carnis, ergo &c. Minor probatur per illud quod dicit Aug. 14. de ciu. Dei quod sine corruptione integratatis infunderetur maritus in gremio uxoris.

Item in illo statu nihil fuisset penale. Sed amissio virginitatis in muliere non est sine pena cum fiat per diuisionem continuo cuius sensus causat dolorem, ergo &c.

IN contrarium arguitur, quia secundum naturam duo corpora non possunt esse simili, sed si fuisset commixtio sexum, vel partus, manente virginitate, duo corpora fuissent simili (scilicet organa sexum, & proles cum corpore matris,) ergo &c.

Item virginem concepire & parere videtur fuisse priuilegium Mariae. Sed illud non debuit alteri comunicari ut videtur, ergo &c.

R E S P O N S I O. Hic est duplex modus dicendi. Primum est quod ad perfectionem virginitatis duo cōcurrunt scilicet integritas carnis, cum integritate mentis. Quorum alterum scilicet integritas mentis honorabilius est, reliquum vero essentialius. Dicendum ergo quod in omni concubito solutur virginitas quantum ad integratatem carnis, etiam in primo statu. Sed mentis integratatem contingit soluti dupliciter, vel quantum ad habitum, & sic solutur per illicitum cōcubitum qui tollit habitum caritatis, vel quantum ad actum, & sic in statu post peccatum solutur, etiam per concubitum matrimoniale eo quod propter vehementiam delectationis ratio in ipso actu absorbetur. In primo vero statu neutro modo integraties mentis soluta fuisset, sed sola integraties carnis cui præponderasset secunditas prolis.

Sed haec opinio videtur in duobus deficere. Primum est, quia male accipitur integraties mentis que ad virginitatem requiritur. Illa enim est firmissimum propostum abstinendi a delectatione que consistit in venereis. Et haec integraties se habet formaliter in virginitate ipsa autem immanitas vel in experientia talis delectationum se habet in virginitate materialiter. Neutrū autem horum potuit saluari in actu matrimonii. Vnde male accipium integraties mentis pro persistencia rationis in actu suo. Absorbet enim iudicium rationis in somno, & in insulsi & gritudinis ratione quoniam nihil deperit cūcūng virtuti. Persistencia enim rationis que requiritur ad virtutem est quod ratio importet actum debitum, & non diuerterat ad aliquid contrarium virtutū qua exsistente non solutur vñsus neq; quo ad habitum, neque quo ad actum.

Secundō deficit praedicta opinio quia dicit quod in statu innocentia soluta fuisset integraties carnis. Si enim per integraties carnis intelligatur integraties membrorum corporis cum talis non solutur sine diuisione aliquarū partium illius membrorum, que est in sentientibus non est sine dolore, sequeretur quod passio animalis fuisset in statu in nocentia curius oppotuit offensum fuit prius.

Ideo est secundus modus quem isti idem ponunt in alio loco videlicet quod mulieres in statu innocentia cōcepissent & peperissent sine amissione virginitatis. Quod probant sic, illud quod ad dignitatem naturæ pertinet non defuisset in statu innocentia, sed virginitas maxime per-

*Tb. in secunda. 10.*

*Tb. in secunda. 1. Parte.*

X 4 sinet

Magistri Durandi de

hinc ad dignitatem naturae humanae. Est enim angelica  
partio cui promittitur fructus centesimus, ergo in statu  
innocentiae nunquam amitteretur. Qualiter autem hoc est  
possibile dicunt sicut prius quod ad perfectionem virginitatis  
concurunt integritas mentis & carnis. Et de integritate  
mentis dicunt ut prius. Sed de integritate carnis dicunt  
quod non fuisse soluta in statu innocentiae per con-  
cubitum, sed fuisse ibi sola membrorum dilatatio sine alia  
qua corruptione sua divisione, vnde Aug. 14. de ciu. Dei  
dicit quod ita potuit in utero conjugis salua integritate  
famini genitalis virile femen immitti sicut nunc potest  
eadem integritate salua ex utero virginis fluxus cruris  
menstrui emitti, ut enim ad partendum non doloris ges-  
mitus sed maturatis impulsus feminina viscer relaxas-  
ret, sic ad concipiendum non libidinis appetitus, sed vo-  
luntatis vius naturam virinque coniungeret.

\* Itud autem non valeret, quod enim primò dicitur quod  
virginitas pertinet ad dignitatem naturae, absolute forte  
non est verum, quia nulla priuatio bona conuenientis na-  
tura, est bona secundum se (alioquin naturalis inclinatio  
est ad malum, cum illud sit malum cuius priuatio est bo-  
na) contingit tamen eam esse bonam propter inquan-  
tum promovet ad maius bonum quam sit illud quod pri-  
uat, virginitas autem est priuatio actus generationis qui  
est conuenientis nature, & intentus ab ea ad conseruacio-  
nem speciei, ergo non est licita secundum se, neq; bona,  
sed solum inquantum promovet ad maius bonum, & hoc  
modo in statu naturae corrupta: licita est virginitas qua  
quis absunt a delectationibus venereis ut liberius vacet  
diuinæ contemplationi a qua impedit homo iunctus  
matrimonio, vnde Apostolus, i. ad Corin. 7. Mulier innu-  
pta, & virgo cogitat quæ domini sunt et sit sancta corpo-  
re & spiritu, quæ autem nupta est cogitat quæ sunt mun-  
di, quomodo placet viro, sed in statu innocentiae nullam  
retardationem habuisse homo a contemplatione diuinæ  
ex matrimonio, & ideo tunc non fuisse licita virgi-  
nitatis, iterum dato quod fuisse licita, non tamen fuisse  
possibile virginem concipere, aut parere secundum cur-  
sum naturæ, quia virginitas est inexpertia delectationis  
num venerearum. Sed conceptus secundum viam naturæ  
non est nisi cum experientia earum, ergo contradic-  
tionem implicat virginem concipere modo naturæ.

10 Malè etiam accipiunt illud quod est materiale in  
virginitate, non enim hoc est integritas corporalis mem-  
bri, imo omnino per accidentem se habet ad virutem. Ma-  
teria enim virtutum moralium est aliqua passio animæ &  
non illud quod purè pertinet ad naturam corporis, propter  
quod si absq; venera delectatione in muliere violetur si-  
gnaculum corporalis membra aliquo casu non magis pre-  
judicat virginitati quam si laceratur manus aut pes, vnde  
Aug. 1. de ciu. Dei dicit quod membra illa possunt diuersis  
casibus vulnerata vim perpeti & medici quandoq; sa-  
luti opitulantes haec ibi faciunt quia horret a peccatis. Obi-  
strix enim cuiusdam virginis manu velut virginitatem  
explorans dum insiperet, perdidit & subdit, non opinor  
quemquam tam si ultè sapere vt huic perire aliquid ex-  
sumet etiam de ipsius corporis sanctitate quanvis mem-  
bri illius integritate iam perdita. Igitur materia virginitatis  
non consistit in integritate membrorum corporis nisi  
per accidentem præcipue cum contingat virum sine muliere  
virginitatem amittere, in quo casu non est necesse aliquam  
violationem membrorum fieri, propria igitur ma-  
teria virginitatis est in experientia delectationis que con-  
sistit in feminis resolutione, quæ si fiat ex mentis proposi-  
to & maximè per concubitum, soluta virginitatem. Patet  
igitur quod in actu matrimoniali in quolibet statu solui-  
tur simpliciter virginitas.

11 Ad argu, in oppositum dicendum quod dato quod  
in statu innocentiae non fuisse fracta integritas membra  
corporis in muliere, sed sola dilatatio, ramè soluta fuisse  
virginitas propter experientiam delectationis ex com-  
mixture sexuum & feminum.

12 Ad secundum dicendum quod amissio virginitatis  
non fuisse per dolorosam divisionem continua, sed per  
commixtionem sexuum & seminum concomitante dilata-  
tione membrorum.

Sancto Porciano

Q VÆ S T I O T E R T I A.

Vtrum in statu innocentiae fuisse geniti  
pueri in uteroque sexu.

*Th. i. q. 99. ar. 2.*

Tertio queritur, vtrum in statu innocentiae genui-  
fent pueros in uteroque sexu. Et videtur quod non, sed  
solum in sexu masculino, quia de possibilibus natura semper  
per factum quod melius est, nisi sit impedita, sed sexus masculinus  
potior est feminino, sicut agens praestans est  
passio. Ergo in statu innocentiae quo natura nullo modo  
fuisse impedita pueri in solo masculino sexu fuisse ge-  
niti.

2 Item mulier est mas occasionarius (vt dicitur, id est de  
animalibus) omne autem occasionatum cum non sit per  
se intentum est ex aliquo defectu proueniens. Sed in illo  
statu nullus fuisse natura defectus, igitur &c.

3 IN contrarium est, quia sicut natura optimè fuit in  
stitura, sic optimè processisset, sed instituta fuit a Deo in  
uteroque sexu, & pari numero, quia in uteroque vnu, ergo  
eodem modo processisset (scilicet in uteroque sexu & in  
pari numero.)

4 R E S P O N S I O. Dicenda sunt duo. Primum est  
quod in uteroque sexu fuisse procreatio puerorum. Secun-  
dum est p. in equali numero sexuum. Primum patet, quia  
multiplicatio generis humani non fuisse soli per primos  
parentes, sed etiam per pueros ab eis genitos. Alioquin  
pueri ab eis geniti fuisse minus perfecti quæ moderni.  
Sed multiplicatio que fit per propagationem requirit di-  
stinctionem sexuum ut dictum est supra; igitur &c. Secun-  
dum patet, quia in illo statu omnia fuisse optimè ordi-  
nata, & secundum rationem: sed recta ratio dicitur quod  
vna sit solum vnu & è conuerso, ergo sic fuisse in statu  
innocentiae: sed tunc omnes vacarent generationi, quia  
virginitatis prælata fuisse occidit ergo non fuisse vir-  
quot mulieres, neque plures, neque pauciores.

5 Sed propter argumenta sciendi est, p. sicut vult Phili-  
pof. 1. de animalib. generatio mulieris contingit ex hoc,  
quod semen viri non potest digerere materiæ mulieris vi-  
tima digestione, vt in sexum perfectum eam adducatur. Hu-  
ius autem impotentiæ triplices potest esse cauca. Vna, quia  
calor est diminutus in semine propter indigestionem, vt an-  
te tertium septembrem, in quo viri vt plurimum feminas  
generant, & haec causa vt puto non fuisse tunc, quia non  
anticipant tempus in quo fuisse perfecta generatio.

6 Alia causa est ex virtute imaginativa, quia est immu-  
tativa corporis, vt ad imaginationem aliquius terribilis to-  
tum corpus tremit & concutitur. Et ob hoc filii nascitur  
suniles quandoq; illis quos parentes imaginantur in actu  
conceptionis. Exemplum Gen. 30, de vario colore virga-  
rum Iacob, vnde referit. Hier. p. scriptum tepperit in libro  
Hippocratis, quod quod mulier pro suscione adulteri  
distrecte erat punienda, cum pulcherrimum filii genuisset  
vtrig; parenti generis dissimilem, nisi memoratus medi-  
cus soluisset questionem, monens querere ne forte aliqua  
talis pictura esset in cubiculo, qua inuenia, mulier à sua  
pictione liberata est. Quintilianus ad liberationem ma-  
trona que pepererat Äthiopem, hanc dicit esse concep-  
tum natum, vt refert Hierony. de Hebreis quæstioni-  
bus. Et haec causa potuit esse potissimum in statu innocentiae,  
vt filii nascerentur in hoc sexu vel in illo secundum  
voluntatem parentum propter maximam obedientiam  
corporis ad animam in statu illo.

7 Tertia causa est ex aliquo principio extrinseco, quia  
parua immutatio venti, vel temporis facit ad variationem  
sexus, vnde dicitur expertum esse apud pastores quod  
quando stat ventus septentrionalis concipiuntur mares;  
Et quando stat ventus meridionalis, concipiuntur femi-  
nae, quia vetus ille humidus est. Et haec causa potuit etiam  
esse in statu innocentiae. Potuerunt enim fagaci obses-  
sare quam nos.

8 Ad primum argumentum dicendum quod natura  
agit propter finem, & nisi impediatur facit quod melius  
est non absoluere, sed ut expedit fini. Nunc est ita quod illa  
est sexus masculinus sit absolute melius sexu muliebri,  
ad conseruationem tamen speciei ad quam finaliter ordi-  
nat natura generatio, melius est, imo necessaria est esse viru-  
tem sexum.

\* Ad